Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35036
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



usq; deorsum. Videns aut centurio qui ex adiuso stabat. quia
sic clamans expirasse; ait. Vere. homo hic filius dei erat. Erant
autem & mulieres delonge aspicientes. Inter quas erat maria
magdalene. & maria iacobi minoris & ioseph mater & salome.
Et cum esset in galilea sequebantur eum & ministrabant ei. & a
lie multe que simul cum eo ascenderant iero solima. Et cu
iam sero esset factum. quia erat parasceue quod est ante sabbm.
uenit ioseph ab arimathyia nobilis decurio. qui & ipse erat
expectans regnum dei. & audacter introiit ad pylatum. &
~~audacter~~ petiit corpus ihu. Pylatus autem mirabatur si iam obyisset.
Et accersito centurione. interrogauit eum si iam mortuus esset.
Et cum cognouisse; a centurione. donauit corpus ioseph.
Ioseph autem mercatus syndonem & deponens eum inuolut syndone
& posuit eum in monumento quod erat excisum in petra. Et ad
uolut lapidem magnum ad hostium monumenti. fria iiii
Et dicit dns. Dicite filie sion. Ecce saluator t esaye ꝓphe
tuus uenit. Ecce merces eius cum eo. Quis est iste qui uenit
de edom. tinctis uestibus de bosra. iste formosus in stola sua.
gradiens in multitudine fortitudinis sue. Ego qui loquor
iustitia. & ꝓpugnator sum ad saluandum. Quare ergo rubrum est
indumentum tuum. uestimenta tua sicut calcantium in torculari.
Torcular calcauy solus. & de gentibus non est uir mecum. Et aspersus
est sanguis eorum super uestimenta mea. & omnia indumenta mea
inquinauy. Circumspexi & non erat auxiliator. quesiui &
non erat qui adiuuaret. & saluauit mihi brachium meum. miserationum
dei recordabor. laudem domini super omnibus que reddit nobis dns
secundum. Dixit ysaias at t esaye ꝓphe Quis ui
dit auditui nro. & brachium dni cui reuelatum